

Volaterranus⁽¹⁾, Jovius⁽²⁾, Vossius⁽³⁾, & alii. Quod ad rem nostram attinet, *Historia Carrariensium Principum* ab eorum origine deducta, & in Jacobini mortem desinens, quam nunc publici juris facio, eundem Vergerium Auctorem habet⁽⁴⁾. Elegantissime conscriptam profero, sed
5 minime absolutam, quippe ne ipse quidem illam ad umbilicum perduxit.

« et De ingenuis moribus erudiendorum
« puerorum: Arrianumque historicum
« quidem Alexandri magni gestis conti-
« net (*sic*): sermone graeco conscriptum:
« latinum fecit: graecas et barbaras ami-
« citias comparavit: cultissimasque ora-
« tiones in divi Iulii Iulionum laudem plures
« composuit. Adversus Sigismundum
« Malatestam: qui Maronis statuam e
« foro mantuano deiici fecit: nobilem
« edidit invectivam: et alia multa. Obiit
« tandem tantus vir tempore concilii
« Basileae in Ungariam: ut testatur
« Pius papa ».

(1) *Commentariorum Urbanorum* RA-
PHAELIS VOLATERRANI octo et triginta
libri, Parisiis, 1526, *Geographia*,
Lib. III, *Istria*, f. xxxviii: « Ex hac
« urbe (Istrie Capite) Petrus Paulus Ver-
« gerius patrum memoria nominatur iu-
« ris scientiae peritissimus, philosophus
« et orator: qui nonnulla et ipse mo-
« numenta reliquit. Arrianum de Ge-
« stis Alexandri convertit. Decessit in
« Pannonia contubernalis Sigismundi
« Imperatoris ». Edivi, *Anthropologia*,
Lib. XXI, De his qui reliquis
in artibus claruerunt, f. cc.xxii:
« iurisconsultorum suo tempore elo-
« quentissimus sive mavis dicere elo-
« quentium iurisconsultissimus, simul
« et philosophus fuit ».

(2) *Elogia Doctorum Virorum ab Avo-
rum Memoria publicatis ingenii monu-
mentis illustrium*, Auctore PAULO IOVIO
Novocomense Episcopo Nucetino, Basi-
leae, MDLXXI, p. 254, *Elogia Doc-
torum Virorum*, Petri Pauli Vergerii,
CXI: « Is Iustinopoli in Histria
« natus, Chrysoloraeque discipulus, Grae-
« cas litteras ex purissimo fonte haustas
« illustribus discipulis humanissime re-

« fudit, ut inductis passim eius linguae
« rivulis Italiam plane sitientem irriga-
« ret. Latine autem scribendi singularis
« eo seculo facultas enituit, uti apparet
« ex eo libello, qui de educandis Liberis
« ad exactam disciplinam peramoene at-
« que prudenter scriptus me puero in
« scholis legebatur ». (Il Giovio nacque
a Como il 19 aprile 1483.)

(3) Cf. G. J. Voss, *De Historicis La-
tinis*, lib. III, cap. v, p. 505, ed. Lugd.
Bat., MDCXXVII: « Petrus Paulus Ver-
« gerius Iustinopolitanus, vir non La-
« tine modo doctus, sed et Graece; qua
« in lingua auditor fuerat Emanuelis
« Chrysolorae; atque item philosophus,
« jurisconsultus, et orator, claruit anno
« MCCCCXXX. Magna in gratia vixit
« Patavii apud principes Carrarienses:
« ut de eo Volaterranus testatur, cui et
« iurisconsultorum suo tempore elo-
« quentissimus, et eloquentium iuris-
« consultissimus vocatur. Hic histo-
« riam condidit principum Carrarien-
« sium. Item aliam principum Man-
« tuanorum. Primus quoque Arrianum
« transtulit de gestis Alexandri: quod
« postea non paullo felicius praestitit
« V. Cl. Bonaventura Vulcanius, prae-
« ceptor quondam meus in Graecis. Alia
« quoque reliquit, interque ea et invec-
« tivam adversus Malatestam, quod Vir-
« gili statuam in foro Mantuano posi-
« tam deiici iusserat. Vide de eo Iac.
« Bergomaten. Chron. Suppl. lib. xv ».

(4) L'opera fu stampata già nel 1722,
a cura del Van der Aa, nella raccolta
del GREVIO, *Thesaurus antiquit. et histor.
Italiae* cit., vol. VI, parte III: pubblica-
zione che pare sia sfuggita al Muratori.
Dell'attribuzione dell'opera al V., si fece
parola nella Prefazione.